

Disputationes in hoc Tomo exhibita.

- 1) De lege extirpandorum pariterum. R: Treiber.
- 2) De Acceptatione et ejus jure. R: Rüdloff.
- 3) De jure Seminis. R: Coccejo.
- 4) De Antipelargia. R: Passavant.
- 5) De Potestate Magistratum et officiorum. R: Schragio.
- 6) De Selectis Juris Civ: Canon: Feud: ac Militaris thesibus.  
R: Widemanno. (b. G. <sup>Suprema voluntas de bonis haereditis</sup> ~~Supremis~~)
- 7) De Jure et Privilegiis collectarum in concursibus Creditorum. R: Werlhoff.
- 8) De Testamentis correspectivis. R: Harpprecht.
- 9) De Novationibus et Delegationibus. R: Werlhoff.
- 10) De Titulo invalido. R: Dürfeld.
- 11) De Cambiis: vulgo Wechseln. R: le Moyne.
- 12) De Conjugio illegitimo in indulgentia Principis confirmato.  
R: Staviniski.
- 13) De Jure Aurigarum. R: Miets.
- 14) De Obligatione Successorum ex facto Antecessorum. R: de Spina.
- 15) De Alimentis et Dote filiarum nobilium. R: Schöpffer.
- 16) De sententia in causis civilibus. R: Rhetio.
- 17) De Inventario. R: Sächsler.
- 18) De Locatione - Conductione rei Dominicae. R: Amelung.

19)  
20)  
21)  
22  
23.  
24  
25.  
26  
27.  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35

DISPUTATIO JURIDICA;  
DE

21. 23

# NEQUITIA

## ADVOCATORUM,

### Von Tücken und Subenstücken der Advocaten /

*Quam*

D. T. O. M. A.

SUB PATROCINIO

*VIRI Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi,*

DN. ARNOLDI MAURICII  
HOLTERMANNI,

J. U. D. Consiliarij Hasiaci & Pandectarum  
PROFESSORIS celeberrimi, &c.

*Publice & placide Disquisitioni submitte*

*Ad diem 4. Nov. horis locoque solitis*

*In Auditorio Jctorum ad Lanum,*

ALHARDUS WILHELMUS WOLTERMAN,

*Lippia-Westphalus,*

EDITIO SECUNDA, cui

*Additas vides quoque*

VIRGAS, VIRGAS,

Ob JUDICIUM DEFENSIVUM

Loco JUDICII ELISIVI,

PRO

## FRANCISCO CLIENTE,

*Malorum Advocatorum, Rabularum forensium & strepsodicistorum,*

*qui ex albo nigrum ex recto pravum aut contra faciunt, alle-*

*gato Patrono absurdissimo & vigilantissimo.*

---

*Marburgi Cattorum,*

Litteris JOHANNIS HENRICI STÖCKENII, 1681.





**P**Audabile est advocacionis in Republica  
 munus , quis audet negare ? Confirmant id  
*Imp. in l. 14. C. d. advoc. divers. Judic. Am-*  
*bigua fata causarum dirimunt , sua defensio-*  
*nis viribus in rebus publicis & privatis lapsa*  
*erigunt , fatigata reparant , & non minus*  
*provident humano generi . quam si praelis ac vulneribus patriam*  
*parentesq; salvarent : gloriosa vocis munimine confisi , laboran-*  
*tium spem . vitam ac potestatem defendentes .* Verum hoc est ,  
 de veris , bonis & Christianis Advocatis , non de rabulis foren-  
 sibus , de quorum pernitiola protervitate ac malitia totus ho-  
 diè conqueritur mundus. *Nathen. d. just. vuln. c. 6. tit. 2.* quòd  
 scilicet veritatem sapius supprimant & lites litibus cumulent.  
 Daß sie das rechte frum machen : non Juristæ , sed jurgistæ :  
 non Juri , sed jure corrupti : non Jurisperiti sed jureperditi.  
 Non Doctores , sed legum dolores. *Je gelehrter / je verkehr-*  
*ter : stänckisch und zänckisch :* quorum nemo ad *S. Jonem* ,  
 Jctorum olim Patronum ad cœlos pervenientem & scalas at-  
 trahentem , pervenit , etsi patrocina sæpe hic suis clientibus  
 præstiterint felicissima , per varias artes , astutiam & fallacias ,  
 quarum hic aliquot , ut in posterum sciri & evitari possint , à  
 nobis sunt proponendæ , hoc pessimo ac deploratissimo secu-  
 lo , quo pietas omnis fere exulat : Justitia sub Tyrannide Ra-  
 tionis status ingemiscit & charitas Christiana friget.

II.

**P**rimum ergò maximè hodie improbandum Advocatorum  
 vitium est , quando contra judiciorum auctoritatem , contra  
 litigan-

licigantium commoda, contra muneris Advocantium decus, etiam illiterati & indocti hoc suscipiunt promiscue, cum non nisi probati sint recipiendi, quorum juris scientia & aptitudo ad causas agendas est perspecta. *l. ii. §. 1. de Advoc. div. Jud. l. i. 4. ff. d. extr. cogn. Ordin. Politica de anno 1612. rubrica von Justicien Sachen.* Ibid. Es ist klagen anbracht / daß hin und wieder in Nemptern und Ständen / sich viel ungelehrte / leichtfertige Personen / so entweder gar nichts / oder doch sehr wenig studiret / ungeschickte Schreiber / Notarij, verdorbene Handwercksleute und Vaganten / unterstunden nicht alleine Supplicationes zu verfertigen / sondern auch den Leuten vor Gericht zu dienen / und gemeiniglich die Untertanen aus Unbericht und Zancksucht wider ihre Erb. Herrn und Obrigkeit muthwillig umb ihres eigenen Nutzens willen zu verheßen und aufzuwiegeln / auch Sie in ihrem Ungehorsam troziglich zu verstärken / derowegen unterthänigst gebeten / dieselben abzuschaffen / und ihnen das procuriren und advociren mit gebührendem Ernst zu verbieten / &c. Item, Sünde ist es / wenn sich Leute advocirent annehmen / die es nicht verstehen oder gelernet haben / dadurch der arme Nächste vernachtheiliget / in Kosten / Schaden und ander Herzeleid gestürket wird. *Spem. 184.* Item, wenn sich die der Juristerei und Rechts-Sachen anmassen / so kaum den Donat und Canonichen gelernet / und nicht einen Löffel waschen können. *Menger. Scrutin. Consc. c. 20.*

## III.

**P**rocessus ergo judiciarij & jurium si sint imperiti, si patrocinantes per imperitiam causas perdant, tenentur Clienti suo ad interesse. *§. imperitia. In. ad L. Aquil. Specul. in §. f. vers. quod si per imprudentiam. tit. de Advoc. Christin. decis. Belg. l. 2. tit. 12. decis. 105. n. ult.* Imo causas graves suscipiendo, cum scire debent, se parum judicio, eruditione, experientia valere, peccant mortaliter. *D. Thom. 1. 2. quæst. 29. art. 5.* Nec eos excusabit bulla

& gradus Doctoralis, aut privilegia publicè concessa, per publi-  
 cam promotionem aut alia morum & studiorum sæpe emendi-  
 cata testimonia: aut si aliquis in Academia ope alicujus Hypo-  
 didascoli Diputationem quandam publicam ediderit, quæ præ-  
 sumptionem scientiæ solet facere, sed etiam non sufficientem si-  
 ne alijs experimentis. *Rosbach, Proc. Civ. Tit. 18. n. 1.* De multis  
 Academijs & Scholis hodie dicere possum *ἐρητὰ καλὰ*, ob in-  
 formationem superficialiam & disciplinam cerussatam. Quis  
 studia Juridica hodie pertractat ad promotionem gloriæ Dei, ad  
 salutem proximi? Quis non ita potius ut in hac vita aut honores  
 aut opes consequatur? Wird also aus dem Studieren eine  
 Handthierung gemacht. Quanta in multis locis & Graduum  
 Academicorum redemptio: multos hic *Marpurgi* vidimus im-  
 perfectos scientiâ, quos alibi perfectos efficit pecunia: quasi ve-  
 rō hic qui erat asinus, per subitam metamorphosin alibi possit  
 fieri equus: Hi gradum pro titulo habent, parum solliciti de ve-  
 ritate; nec perpendentes, anxij promotiones quærentes & pro-  
 perantes ad Advocationes suscipiendas, an ad hoc in Republicâ  
 munus sint satis apti, nec ne? De Theologiæ Studiosis ad Pastora-  
 le munus festinantes, ita scribit *Rever. Dänhäuser. lect. catech. p. 9.*  
 Was wollen wir sagen von denen *αυτοκλήσις*, die sich vor-  
 tüchtig halten / durch allerhand Dieteriche und Diebes-  
 Schlüssel eindringen / einkünsteln / wenn sie einmahl oder  
 zwey auf dem heißen Hölzlein gestanden / und als Commœ-  
 dianten nicht ihre eigene Person / sondern frembde agiret /  
 wenn Sie durch ihr gut Mundwerck / favorem vulgi und des  
 Pöbels Zeigefinger gewonnen / hic est: das ist der Herr der  
 so wohl predigen kan / ic.

IV.

Secundum Advocatorum vitium & peccatum est, si præstant  
 Spatrocinia illis Clientibus qui omnino vident injustam cau-  
 sam eamq; vel ignorantia inexcusabili non cognoscant vel ma-  
 litiosè dissimulant, vel minus legitime confitentur, sine constan-

ti proposito veræ emendationis. *Ala. de Advoc. & Causid. Christ. quest. 95.* Non enim ministri & sacerdotes Justitiæ id debent facere. *arg. l. 4. ff. de iust. & iur.* sed suum unicuique trit vere & infida adyocatione neminem lædere, nec propriam conscientiam offendere, iramque Dei gravissimam in se provocare; *Va Va,* ait apud *Esaiam c. 5. v. 10.* Dominus, qui dicitis malum bonum & bonum malum ponentes tenebras lucem & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce & dulce in amarum. Himalarum causarum Patroni, die es vor keine Kunst halten eine gute Sache zu erhalten / sondern eine böse zu gewinnen / multos sibi quarunt clientes, bonos an malos, hoc non quarunt: apud illos, *L' interesse vince ogni cosa.* Divitiæ ita corrasæ sunt *aquilina penna.* Deus habet *ἐκδοιον ἔμψα,* bona hæc ad tertium heredem nõ perveniunt: liberi horum & nepotes miserè sæpè vixère: exempla sunt odiosa.

V.

**S**Ed, licitumne *Advocato Clientes suos abhorrentes à litibus, ad litigandum incitare aut pronos in causa dubia ad amicabilem compositionem ab eà abstrahere?* Nos negamus utrumque & tertiam hanc *Advocatorum nequitiam maximam reputamus,* homines à litibus abhorrentes ad litigandum incitare, lites serere sui lucri causa ubi nullæ sunt, hominesque ut canes erga se invicem concitare: osor pacis, est osor Dei & hominum salutis. *1. Cor. 3. ait Apostolus: Si inter vos zelus & contentio nonne carnales estis & secundum hominem ambulatis. Carpz. vide Jurisprud. Eccles. libr. 3. def. 17. n. 3.* Ob dubium etiam litis eventum, ob difficilem sæpe sententiarum executionem contra potentiores ad partes componendas semper erunt prompti boni *Advocati l. quod debetur. ff. de pecul.* Ein magerer Vertrag ist besser als ein fett Urtheil: qui hanc disuadent amicabilem compositionem ac impediunt, gravissime peccant, secundum dictum Salvatoris nostri, *Matth. 5. v. 9. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί. Beati pacifici, Seelig sind die Friedfertigen oder vielmehr die Friedensmacher: Pacis Studium est eximius fidei Christianæ fructus: vide ibi Piscat. comment. in libros. N. T.*

VI. Si



Si causa Clientis sit injusta, an & tunc bonus Advocatus hunc ad transactionem potest inducere? Negamus & quartum hic versatur Advocati periculum, scientis Clientem suum malam fovere causam, & tamen eum inducentis cum adversarij sui damno in transactionem: *Str. ad tit ff. de trans. t. b. 5. in fin.* aut sustinentis mordicus eam usque ad executionem rei judicatæ: in causa enim, quæ cognoscitur injusta, non possunt Advocati procurare concordiam, dolo & cum damno adversantis: Sed debent Clientes monere ut eam deserant, vel ut transactio fiat sine damno adversarij, sine dolo & fraude; debent ei aperire jus suum ut compositio sit libera, voluntaria, amicabilis, ut nulla amplius subsit dubitatio, utq; nil accipiat, nisi quod alter voluit liberè & gratis conferre: aut si subsit dubitatio, secundum hujus qualitatem arbitrio prudentis quid conferatur. Pessimum itaque est stratagema & à Diabolo profectum, in gratiam Clientum vel ob proprium commodum in causis injustis transactionem suadere vel extorquere: hoc qui faciunt propriam lædunt conscientiam & post sera poenitentia injustas suas deplorabunt actiones: *Fritsch. in adv. pec. concl. 9. num. 6. in fin.*

Quinta Advocatorum nequitia est, plurima causarum patrocinia suscipere, quæ tamen ob multitudinem sufficienter præstare non possunt: mole enim impediti negotiorum, debitam diligentiam adhibere nequeunt, sed eas producere coguntur ac proferre longissime, ex qua dilatione tot & tanta nascuntur incommoda: regulariter enim incumbere debent causis prius sibi demandatis; pro quibus honorario accepto studium suum non habet amplius in sua potestate sed hoc obnoxium est clientibus, quare alijs causis incumbendo, operæ suæ jam alijs obligatæ quasi furtum committit, imò obligatus erit ad restitutionem damnorum quæ ex tarditate nimia vel inconsueta festinatione clientes capiunt. *Magon. d. rect. patros. nat. cap. 38. Nicol.*

*de Process. c. 6. n. 7. Berlich. part. 1. Conclus. 9. num. 36.* Jura enim vigilantibus cum sint scripta, negligentia Advocatorum varijs modis peccatur & partibus damnum injungitur v. g. si in præfixo termino sint imparati, nec adhuc in causa satis informati: si absque mandato causam proponant, si appellationes negligent, si fatalia, si terminum negligent probatorium aut intempestivè ejus petant prorogationem, &c. Sünde ist es/wann ein Advocat in præfixo termino aus Geiz oder Fahrlässigkeit nicht gefast / und also die Ursache ist / daß vergebliche Aufzüge und Verlängerung der Sache gesucht werden / oder wann sie mit Faulheit und Nachlässigkeit gute Sachen und ordentliche Processen versäumen und verwahrlosen. *Supra laudatus Spener p. 185. Nathe. de justit. vniuers. p. 2. tit. 3. c. 6.*

## VIII.

**A**D VI. refero nequitiam, si Advocati cum clientibus suis pacta faciant de quota litis, wann sie sich mit dem Richterlichen Tax nicht begnügen lassen/sondern entweder de quota litis pacisciren oder sonsten ungebührliche und beschwerliche Conuentiones machen. Potest Advocatus pacisci aliquid pro honorario, siue vincat litem siue succumbat, ast si in una lite agatur de centum aureis, tuta conscientia pactum non potest facere de uno aureo in casum victoriae: adeo hæc pacta v. g. de quota litis dimidia, tertiâ vel minore, sunt prohibita, ut paciscens habendus pro latrone deprædatore. *Naver. in Manual. c. 25. n. 50. si scilicet lis nondum sit finita. per l. 15. eod. de procurat. l. 5. Cod. de postul. l. 53. ff. de pact. ad quem vide Wesenb. in parat. n. 6. Gail. libro 1. Obs. 44. Hunn. ad Treutl. Diss. d. pact. q. 51. Habn. in not. ad Wesenb. ibid.* Si verò lis jam sit finita, aliud dicendum, quia cessat prohibitionis ratio, suspicio concussionis, occasio calumniæ, venditio litis prohibita. *Ordin. Camera ita habet p. 2. tit. 46. §.* Desgleichen sollen. Ibi. Daß sie mit den Parteyen keinerley Vorgeding oder Vorwort ein Theil von der Sachen/ deren sie Advocaten und Redner seyn / zu geben oder

oder zu warten machen sollen. *Lauterb. disput. vide quoque de  
palmario advocatorum cap 3.*

## IX.

**S**eptimò non rectè facit Advocatus si pro modico pretio alienas lites redimat, & aliorum actiones & jura modico aliquo dato sibi acquirat & sibi cedi curet: pessimus hic est lucrificandi modus odiosus & invidiosus, ideoq; *Justinianeus* callidas hanc concessiones cum varijs machinationibus corradendi pecuniam per varias technas, versutias & calliditates prohibuit in *l. 22. 13. Cod. mand.* in quibus constitutionibus actio mandata ex causa venditionis vel cessa ultra modum soluti pretij non valet, & reliquum cedere debet lucro debitoris, ita ut à debitore non plus consequatur emptor actionis, quàm ipse solvit. *Wiss. ad tit ff. mand. tb. 13.* Sapit n. hic acquirendi modus per coemptiones chirographorum vel instrumentorum avaritiam, vexandi debitores libidinem & usurariam pravitatem, ideoque tale lucrum benedictionem divinam non habet & contra charitatem est Christianam, ei, qui propter inopiam cogitur nomen vendere, non dare rationabile pretium, cum emptor ingens inde reportet lucrum: *Cujac. libr. 8. Observ. c. 3. Menoch. libr. 3. presumpt. § 129. n. 2. Manz. in Interpret. leg. Anastas. q. 5. Less. de Just. & Jur. lib. 2. c. 21. dub. n. 76. Berlich. decis. 32. n. 1.* Utinam vitia & mores hic non traxissent in potestatem suam saluberrimas hanc leges.

## X.

**O**ctavò non est licitum Advocato petere salarium, majus quàm est meritis: salarium quidem ipsis debetur, æstimandum ex bono & æquo pro conditione personarum, pro qualitate causarum, laboris & diligentia, de quo extraordinem olim ius dictum, *arg. l. 1. pr. & §. 1. & seqq. de extraord. cognit.* & si modus excedebatur, Judex eum statuebat determinando (*das Advocaten Gebühr*) pro modo litis, pro Advocati facundia & fori consuetudine: licita quantitas pro singulis causis olim censebatur esse usq; ad centum aureos. *l. 1. §. 10. 11. 12. in ff. eod. In Cu-*

B

ria

ria Parisiensi pro singulis causis supra X. libras Gallicas accipere prohibentur: quoniam in Curia Romana aliquando *Lex Cinthia* vetuit ob orandam causam pecuniam vel donum accipere: alludit ad hanc *Morneus* cum subscriberet picturae *Clar. Pasch.* hos versus,

*Nulla hic Paschasio manus: Lex Cinthia quippe,  
Causidicos vetat ullas habere manus.*

Cui responsum postea in eadem pictura, forte ab ipso *Paschasio*.

*Morneus luserit, an mordax luserit, nescio,  
Optaret sibi tales habere manus.*

Carmen hoc turbatum, ita restituit in literis suis ad *Clariss. Burchardum Prænobilissimum Camerarium*.

*Luserit, an mordax Morneus, luserit aut me  
Nescio, fors tales vellet habere manus.*

*Tacitus libro XI. Annal.* refert, usque ad dena sestertia patronis permissum esse accipere, quem modum egressi tenentur repetundarum, & rectè: iniquitas enim eorum & crimen est non leve, per quod iustitia, pretio nummario non æstimanda, non de honestanda. *l. i. §. 5. ff. eod.* amarescit & in fel & absynthium convertitur: *Amos. c. 5.* Meritò ergo horum salaria, si honestatis terminos excedunt, Judicis moderationi & taxationi submituntur: sollen zur rechtlichen Moderation gestellet werden. *Carps. de Proc. Saxon. tit. 24. art. 4. n. 20.*

XI.

**N**on peccat Advocatus, qui in bona causa cavillationibus & fallaciis utitur, aut fraudulentis cautelis & mendacijs: Sermo ejus & omnis viri boni erit ita, ita, non, non. *Matth. 5. v. 37. Jacobi 5, 12. l. 2. ff. de cond. ob turp. caus. l. ult. ff. quod falso tut. auct. Alciat. ad l. 177 ff. d. Verb. Signif. n. 11. Godd. in l. 177. n. 7. eod. Coverr. 1. Resolut. 9.* quare causa iustissima in iudicio, non nisi veris, iustis & legitimis medijs etiam est adserenda & promovenda cum non satis sit bonum facere, nisi id ipsum beneficias, hoc est, e ratione ac via, quæ id oportet: rem justam facere injustè, æquè vitiosum est quàm facere injustum: injustæ illæ cautelæ tendunt in præjudicium animæ: si gloriã subinde reportant in hoc mundo,

in

in futuro seculo poenam habebunt aeternam: tali ergo scientia, non studendum sed conscientia, cujus nomen mutilata prima nunc syllaba est abbreviatum, quando quicquid ferè scitur in utramque partem defenditur & ita saepe vera scientia in sola entia degenerat rationis, in sophismata & altercationes & tandem in aeternam damnationem, rectè cavet, quicumque cavet conscientia sua, quæ omnium Advocatorum & cautelarum suprema debet esse cautela, à qua in omni vita ne latum ungvem est discedendum. *Oldekop. in Obs. crimen. Tit. 1. Obs. 11. n. 5. Natben. de just. vuln p. 2. tit. 3. c. 5. n. 10. Contr. ad L. diffamari c. 4. n. 141. Et seqq. Christin. decis. cur. Belg. vol. 2. decis. 100. n. 5. Reiger. thesaurus pract. v. Advocatus. n. 43. Struv. synt. jur. civ. ult. de postul. tb. 7. Nicol. de proc. c. 6.*

XII.

Præterea varijs modis solet à multis Advocatis peccari, quos omnes ordine enumerare perdifficile esset: in gratiam tamen Juris Studiosorum quædam eorum iniquitatis mysteria, quibus suo more agunt, hoc est, cavillantur & σοφιστεύουσι, hac disputatione adhuc bona eorum cum venia proponam. DEUS ijs sit propitius & non patiatur eos in his erroribus occalescere & infatuari, ita ut pergant multa facere non candidè sed callidè: Quis, cui conscientia non adusta est, se continere potest ad illam impietatem, quæ Advocatorij juramenti religio temerè violatur, quod, scilicet in multis judicijs antequam recipiuntur, præstant, vulgò *der Advocaten Eyd. Ord. Cam. de anno 1495.* imò etsi id non præstent, tamen quæ eà continentur jurandi formulâ, in se justa & pia, observare debent: quare dictum juramentum & omnia ejus capita, quæ hîc non describam, memoriâ suâ firmissimè tenebunt, & ad illud tanquam ad Lydium lapidem studia & actiones suas examinabunt, etiam atque etiam, caventes, ne conscientiam suam & bonam famam temerariâ ejus violatione lædant. *Lieber Herz / ait Dominus Mengerin. in Horologio suo c. 3. S. 12. Habt ihr schon zu eurer Advocatur an diesem oder jenem Orte keinen Cörperlichen Eyd geschworen / ey so solt ihr doch nun als ein redlicher Mann und*

und gewissenhafter Christ euch dabey erweisen / und verhalten / und nicht als ein frecher und unverschämter Jüngendrescher bezeigen / und alles quid pro quo, was euch ins Maul kommt oder im Bart kreucht / bejahren / oder defendiren / bestreiten und verfechten / und ins Geläch hinein reden und plaudern / das ihr selbst in euren Gewissen straffen und unrecht sprechen müisset.

## XIII.

**N**on debet porro Advocatus provolare ad processum, antequam merita causæ à Cliente probè didicerit: ideoq; de his eum debet diligenter interrogare & postea ea disponere ad necessariam defensionem: nil eis subtrahere, nil subtrahere: brevissimâ enim facti mutatione totum jus mutatur, & hujus applicatio ad factum, & facti ignorantia prudentissimos fallit *l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.* quare non erubescat de eventu seu bonitate causæ interrogatus, respondere hoc modo: *volo mecum & cum peritis & libris meis deliberare. Specul. tit. de Advocat. n. 6.* aliàs si id neglexerit, peccat mortaliter & tenetur ad damna clienti resarcienda. *Grass. libr. 5. decis. aur. cap. 8 n. 8.* Non debet quoque Advocatus hoc casu clienti suo victoriam litis temerè promittere, temerarium hoc est ob tot contraria, quibus vel justum quandoque pervertitur judicium, ita ut multi etiam sub justissimo clypeo pereant. *Heig. libr. 2. q. 9. num. 10.* Ejusmodi fumi venditores vel rabulæ, vertrösten die Clienten immer auff einen guten Bescheid oder End-Urtheil / und daß sie die Sach gewinnen wollen. Habent enim & causæ sua fata & aliud solet esse Judicis & aliud partium & Advocatorum Judicium: de poenâ horum ex *Farinacio* vide apud *Klock. Vol. 2. Consil. 51. num. 127.* Sed, *potestne Advocatus absque justia, legitima & revelante excusationis causa denegare clienti patrocinium suum?* *Ex. Neg.* peccat contra dictum *Matth. 7. & 12.* contra professionis suæ obligationem, contra dilectionis Christianæ legem, & magis seipsum quam DEUM & proximum diligit: publicum enim

enim ad officium invitati à Judice compelli possunt, sub privatione officij, foro motione & Advocationis interdictione. *Gail. libr. 1. Observ. 43. Mysf. cent. 4. obs. 32. Dec. in l. 156. ff. d. R. l. l. 14. C. de Adv. div. Jud. Ayer. proc. jur. c. 1. obs. 8. n. 9. & seq. Speckh. Cent. 2. q. ult. Mev part. 1. decis. 155. n. 9.*

XIV.

**M**iserabilium personarum & pauperum patrocina debet gratis suscipere Advocatus, nisi velit in DEUM & proximum gravissimè peccare & ab Advocationis officio suspendi: ut enim Præceptores & Medici ægrotis ac pauperibus pueris gratuitam institutionem, consilium & medicamenta denegare non possunt salvâ dilectionis lege, ita nec Christiani Advocati pressis paupertate clientibus hoc beneficium patrociniij denegare debent, quod erit viduis, orphanis & alijs miserabilibus personis tanquam pia Eleemosina. *Menoch. de arbitr. jud. cas. 369. num. 3. & 4. Mager. d. rect. patroc. rat. c. 10. n. 13. Christin. dec. jur. Belg. Vol. 2. tit. 11. des. 104 n. 4. Jacob. Ayer. de procc. ur. c. 1. Obs. 7. n. 3.* In nonnullis locis certi sunt constituti pauperum Advocati, qui salarium ex publicis redditibus accipiunt, *Gail. 1. Obs. 43. n. 10. & seq. Berl. P. 1. concl. 7. n. 71. & seqq.* Præterea in causis jam susceptis diligenter formam Judicarij processus in Judicio ubiqve præscriptam instar regulæ Lesbiæ observabit, nec per malitiam, imperitiam vel negligentiam hanc negliget aut turbabit cum damno suorum clientum: in causis etiam in quibus antehac sedit ut Judex, in alia instantia esse non potest Advocatus, nec Judex esse in causa, cujus ante fuit Patronus. *l. ult. C. d. adseffor. Brunem. in l. 6. C. de postul.* imo planè incompatibilia sunt in eadem causa penes unam & eandem personam munus esse Judicis & Advocati. *Gratian disceptat. forens. c. 4. n. 7.*

XV.

**A**Dvocatus præterea quando jura partium clarè & dextrè percipit, debet quoque in judicio ea clarè & dextrè, non obscurè, confusè aut intricatè proponere, ne judici bilem mo-

B 3

veat,

veat, eumque inani labori fatiget, & litis protractionem & expensarum cumulationem clientibus causet: ob hanc causam ineptum Advocati libellum Judex debet dentibus lacerare, *Jafson. in l. 1. n. 4. ff. de offic. Assess. & quomodo victoriam sibi potest polliceri, si non fuerit sollicitus de actionis genere & formula. Carpz. Jurisp. part. 1. C. 2. def. 19. n. 3.* Peccat item, quando ob spem majoris præmij ditiorum causas melius & diligentius tractat, quàm pauperum, cum horum causæ citius sint expediendæ, ob majorem eorum favorem. *Magon. de rect. patrocin. mt. c. 59. n. 4.* Peccat etiam magnâ proterviâ, si in judicio erga personam Judicis indicenter se gerat: ut enim patris persona filio, patroni liberto, ita Judicis Advocato debet esse honesta & sancta. *l. liberto ff. de obseq. par. & patron. præst. V. G.* Si ex nimia familiaritate, quæ parit contemptum, aut nimia temeritate Judici modum quasi sententiam ferendi velit præscribere. *Paul. Christin. dec. cur. Belgic. Vol. 2. tit. 11. decis. 100. n. 2.* Aut si in ipsum Judicem, vel adversarium collitigatorem aut ejus Advocatum convitiando licentiosè nimis invehatur: caninum hoc est vitium, rabularum forensium proprium, Jure civili prohibitum. *l. 6. §. 1. C. de postul. & Ord. Cam. part. 1. tit. 23. Von den Advocaten und Procuratoren Ampt vor Gerichte §. 1. junct. pr. & tit. 52 pr. Von Straffe der Advocaten und Procuratoren.* Cavillationes enim litem non expediunt sed impediunt, dienen mehr zur Verbitterung der Partheyen/als Beförderung der Recht-Sachen.

## XVI.

**N**Ec Judicem debet Advocatus falsis allegationibus & coloribus in suam protrahere sententiam, qui hoc conatur, proximo quod suum est, si non manibus attamen sub juris velamine aufert & sic deterrimam furti speciem committit, si ita victoriam adversæ parti extorqueat sub specie recti, per fas & nefas. *Christin. dec. Cur. Belg. vol. 2. decis. 99. num. 21.* Nec debet Advocatus Judicis integritatem donis ac muneribus corrumpere  
aut



aut expugnare: grave enim peccatum est *δωροληψία* Judicium. *Esa 12.3. Exod. 23.8. Deuter. 16.19, c. 22.25. Mich. 3.11.* quare in mala causa Judicem corrumpens, peccat in seipsum, quod talem foveat causam; peccat in Judicem, quod eum corrumpit; peccat in adversarium, quod eum succumbere & condemnari faciat. Nec contra Judicis sententiam frivolam, debet interponere appellationem seu leutationem, per quam nimium protelantur lites, teste experientia, saepe ad novem instantias: quae de re ipse conqueritur Imperator in novissimo *R. I de anno 1654. §. und nach dem 120.* Ab hoc peccato Advocatos debere arcere Juramentum malitiae, ne illis contingat, quod instante hora mortis alicui contigisse scribit *Doring. tom. 1. Biblioth. Jurisconsult. v. Advocatus num. 778.* qui sine poenitentia his verbis, *Appello, appello, vitam cum morte commutavit: cum tamen, ut in Coenobio Carthusianorum Coloniae legitur, tunc,*

*Judicabit Judices Judex generalis,  
Ibi nil proderit dignitas Papalis,  
Sive sit Episcopus sive Cardinalis,  
Reus condemnabitur nec dicetur qualis.  
Ibi nil proderit quicquam allegare,  
Neque quid excipere, neque replicare,  
Nec ad Apostolicam sedem appellare,  
Neque Codicillos Caesaris citare,  
Reus condemnabitur nec dicetur quare,  
Cogitate miseri quid & quales estis?  
Quid in hoc judicio dicere potestis?  
Hic non erit Codici locus, nec digestis,  
Idem erit Dominus, Judex, Actor, testis.*

## XVII.

**N**on debent quoque Advocati Clientes suos ad negandum instruere, etiam ea quae illi semel fuere confessi & quae in actis & Protocolis jam notata reperiuntur: hanc malitiam eorum *Carpz.* vocat Diabolicam *libr. 3. Resp. Elect. tit. 1. Resp. 5. num. 40. §. p. 1. Const. 1. def. 20. num. 4.* quae meretur poenam & in  
falsi

**F**alsi crimen incidit: *Si illud fateris, dicunt; perdis causam: cum potius dicere deberent, si illud negabis, perdis animam: non leviter peccant, si eos instruant ad tacendam veritatem. Delrio lib. 5. Disq. Mag. q. 38. Scacc. de commerc. & camb. 5. 1. q. 7. p. 2. ampl. 19. n. 100. & seqq.* Non etiam debent nimia verbositate ac inepta perplexitate Jura suorum proponere clientum, tædiosis repetitionibus chartas implere, ut ob majorem quasi laborem pingvius honorarium exigant, aut multis aut parùm ad rem faciendis allegationibus eruditionem suam ostendere, ut lis protrahatur, expensæ cumulentur, aures & oculi Judicis offendantur. *ja es kan zum öfftern kein Bote die Acta tragen / sondern haben darbey zum fortbringen wohl eines Schubfaren nöthig.* Hisce Advocatis per præconem acclamandum *Venite ad factum, curia satis intelligit jura: & si non abstinebunt à pomposa & inani verbositate, quæ nil prodest ad merita causa, manet eos multa arbitraria interdictione Judicis præviâ ex officio, Besold. tb. pr. verbo: Advocaten.*

## XVIII.

**I**n defensione reorum delinquentium defensio ab Advocatis ita instituenda, ne pietas & sancta ab ijs violetur justitia, quod tunc maximè fit, si laborent varijs technis & cautelis, ut famosi latrones & doli homicidæ legum pœnas effugiant? aut si illorum processus & causas per inanes subtilitates majoris lucri causa involvant ac protrahant; qui hoc faciunt, dicuntur, *rechte Landschänder* / ipsi enim DEO & Domino nostro, innocentis sanguinis effusi severissimo vindicæ in os contradicunt tales rabulæ. *Paris de Puteo tract. de Synd. rubr. advoc. exec. n. 13. allegatus Struvio ad tit. ff. d. postul. tb. 8.* Quando ergò Reip. interest, ut delicta manifesta, notoria & indubitata ocius puniantur. *O. C. art. 16.* peccat Advocatus, qui criminolum ut innocentem defendit, & Judex, qui frivolas & absurdas exceptiones admittit: *Oldekop. Observ. crim. tit. 1. Obs. 10. n. 13.* Non peccat qui, injustitiam causæ deprehendens, eam, etsi in litis progressu, deserat, *Ames.*

Ames. de consc. lib. 5. cas. 54. n. 40. & seq. etsi ad finem litis usque  
operam se praestitutum juramento promiserit. *Trentl. Disp. 8. tb. 3. lit. A. Scotan. ad ff. de. disput. 17. tb. 9. Struv. ad ff. tit. de postul. tb. 5.*  
cum alias non sit licitum radio causae vel clientuli paupertate,  
vel aliâ aliquâ non satis praegnantem de causa susceptâ patrocini-  
um deferere, nisi ad interesse conveniri velit. *Franc. Marc. decis. 464. n. 3. Vol. 1.* Sicuti quoque non est licitum processum  
procelare per superfluarum dilationum petitionem quæ pro-  
priè ars est procuratorum, in se pernitiōsa & detestabilis, petere  
scilicet copiam & terminum ad informandum cum cliens in-  
formatione nulla opus habeat. *Nissenus*, Hispanus Theologus,  
pœnam putabat patibuli tolerabiliorem, quam laxiorem pro-  
cessus judiciarij tractum, intuitu lenti, diuturni & intolerabilis  
cruciatu, quem durante lite litigans proferre saepe cogitur.  
*Fritsch. in adv. pec. concl. 30. n. 3.* Possunt etiam gravissimè peccare  
Advocati, si in infamiam, odium & detrimentum rei adversarij  
omnia quoque modo torqueant, conquirant, effundant, odio  
vel alio affectu ducti. *Cbemnit. p. 2. loc. comm. p. 138.* Vel si, quan-  
do nullum eis debetur salarium, vel quando iniquum petitur,  
vel quando modicum quid honorarij prestat, sub hoc praetextu  
acta clientibus extradere recusant. *Carpz. Jurispr. p. 2. C. 25. def. 23. n. 6.* Vel quando etiam sacris diebus cum neglectu cultus di-  
vini litibus tractandis vacat, licet enim in abstinentia ab opere  
licito vel utili nulla sit sanctificatio, nec religio nostra tempori  
alligetur, non tamen alicui licitum consuetudinem introductâ  
inter omnes Christianos de vacationibus in die dominico sedi-  
tiose & cum tacita quasi abnegatione resurrectionis dominicæ  
impugnare aut negligere, cum debeamus regnum DEI & justi-  
tiam ejus ante omnia quærere, DEUM glorificare, adificationi  
sui & proximi incumbere, nec relinquere congregationes fide-  
lium ad inflammationem charitatis: quare huic rei vacandum,  
& quantum potest, nos ad talem speciem cultus ad adificatio-  
nem nostri & proximi nos paratos sistere debemus. Vide rever.

C

mibi

*mibi semper Theologum. Job. Coccejum tract. de indagat. nat. Sabbati & quietis N.T. §. 27. 28.*

## XIX.

**Q**Via seculo hoc saepe contingit ut debita etiam liquidissima vel penitus negentur, vel solutio eorum per varias frivolas exceptiones protrahatur, quæritur, *an ob tale patrocinium non gravissimè peccetur ab Advocatis?* quod affirmamus: *Syrac. c. 29. v. 2. Redde iterum proximo in tempore suo: ita Luth. Das Unlehn gib wieder zur bestimmten Zeit. Psal 37. v. 21. non erit ergo hæc gloria sed maxima ignominia Advocati, sich rühmen/daß keine Verschreibung so starck / dardurch sie nicht ein Loch machen könten.* Perinde ac si acta judicialia aut alia literarum instrumenta delendo, radendo, mutilando vel alio modo corrupisset clandestinè: aut si visis clientis sui juribus, parti postea adversæ patrocinentur atque ita prævaricationis crimen incurrant. *l. 1 ff. de prævaricat. l. 1. in f. ff. de calumn. l. 3. ff. de crim. stellion. de quibus Advocatis prævaricatoribus & eorum pœnis vide pec. Disp. Dni. Amerpohlen. Sed licitumnè Advocatis suadere Clientibus suis in causis injuriarum injuriantibus nulla exhibere Christiana benevolentia signa, v. g. dissuadere colloquia. conversationem, capitis nudationem, propinationem proculi &c. R. Ego id nego; Diabolo enim ita ansa & occasio datur hominem tentandi, cor ejus, ira, odio, acerbitate cum summo animæ periculo inflammandi *Baldwin. cas. consc. lib. 2 c. 12. cas. 4.* Auctor deß Bedenkens was von dem Mißbrauch des Rechts-Process. dieser Zeit zu halten *cap. 2 §. 27.* Wan die Advocaten in vorigen Zeiten bey den Schul-Lehrern in solcher Meinung gewesen/und den Klägern das grüssen und dancken verbotten/ ist so sehr nicht zu verwundern/in Betrachtung dessen/daß die Scolarici selbst dazumahl zu solchen Wercken/mit ihrer Lehre Anleitung gegeben/wie davon in ihren Commentis hin- und wieder zu lesen; aber von unsern jetzigen Advocaten ist so mehr dann zu viel. Ich hätte es fast nie geglaubet / daß heutigs Tags*

Tage bey so klarem Siecht des Evangelij ein Advocat so albert  
und einfältig seyn solle / wenn ichs nicht selbst erfahren von  
meinem guten Freunde / dem sein Advocat dergleichen  
Rath gegeben / er solte seinem Widersacher nicht dancken /  
wenn er von ihme gegrüßet würde / &c. Sed quorsum me ab-  
ripiunt vitia & peccata rabularum? contra cordatos & Christia-  
nos nil hic dictum vel scriptum volo, quibus pietas cordi quæ  
caput est omnium virtutum, quæ mores cum ingenio format,  
domat cupidines & exsultantes animi motus; hanc qui sequitur  
ut Theseium filium, ab erroribus hisce tutus est? qui negligit nil  
Christiani Advocati vel hominis habet: hæc frœnum & remora  
inter tot vaga & vana, quæ, ubi quæ allubescunt aut invitant,  
animum nimis præcipitem retinet ac sistit, sicut plaustrum in  
præcipiti aut declivi funis.



VIRGÆ, VIRGÆ,

Ob

JUDICIUM DEFENSIVUM

LOCO

JUDICII ELISIVI,

PRO

FRANCISCO CLIENTE,

Malorum Advocatorum, Rabularum forensium & strepsodicistorum,  
qui ex albo nigrum ex recto pravum aut contra faciunt, alle-  
gato Patrono absurdissimo & vigilantissimo.

**D**efunctum jam credebam HOLTERRMANNUM eo  
periculo, quod ei ab improbis & ebrijs Advocatis im-  
minebat, maleferiati enim oblocutores hujus *Dispu-  
tationis*, secretis Justitiæ ulceribus laborantes, vilissima capi-  
ta, cum suo modo & more tonassent, tandem illorum fulmina  
desière increpitus & inanis cerebri excrementa seu vacuæ

C. 1

mentis

mentis somnia. O Vos non mali, sed pessimi Advocati! O Vos  
 Iurgistæ! Ecco la fico! zu Ingelstadt zeigt man einem die Fei-  
 ge. Quid vobis improbis ineptissimarum litium Architectis a-  
 liud debetur, quam quod novorum onerum inventoribus? Sci-  
 licet pro catena aurea, laqueus in præmium. Vobis ob bullatas  
 vestras nugas, ad restim res redierat, nec aliud restabat, quam la-  
 quei beneficium, & ut præclarum illum spiritum recte trium o-  
 bolorum obstringeretis, nisi (*alla de sperata*) implorasset is ex ge-  
 nere non mendicantium sed manducantium & grandiloquen-  
 tium FRANCISCUM CLIENTEM, in Patronum vestrum:  
 nec immeritò: audivistis enim aliquando FRANCISCUM  
 ASSISIUM olim insanam potestatem prædicationis & dogma-  
 rizationis exercuisse circa locustas, lupos, corvos & alios.  
 FRANCISCI Drect ist diesen bösen Advocaten eitel Italiä-  
 nischer Balsam; der gibt gute Biesem Knöpfse: Sie müssen  
 sie aber unter sich austheilen. Solem nulla sagitta ferit. Die  
 Professores seyn schußfeyn: darum habt ihr Advocaten euer  
 Pulver vergebens verschossen und blinde Schüsse gethan.  
 Nolite affectare quod vobis non est datum: non omnibus o-  
 minia pari filo conveniunt: *Holtermanni* Disputationem nobili-  
 tatis vestris convitijs: Ita sæpè multorum lateret innocentia,  
 nisi accepissent injuriam: illustrat nimirum fortuna plurimos  
 dum vexat. Ille cum magno *Pompejo* gloriari potest, se quidem  
 non esse piratarum sed *malorum Advocatorum* scopulum: nec il-  
 le miratur & ægrè fert, quod male loquamini de eo, bene enim  
 loqui nō didicistis, quare criminationes vestræ, *μαγειρικοῦ ῥήματος*  
 seu culinaria verba magis ipsum delectant quam offendunt, imò  
 non pluris facit hæc, quam olim *Socrates* asinum *λαϊνὸν ῥήμα*. De  
 veris studijs, quæ vobis nil videntur facere *οὐδὲ τι ἀλφίτα*, vos  
 non potestis rectè sentire, aut *γρηγοῦ* philosophari. Vos *mali Ad-  
 vocati*, practici, scilicet, estis: imò ardeliones forenses, quorum  
 natio Romæ erat inquieta, omnibus negotijs sese immiscens:  
*Mos* ut cum vestro FRANCISCO loquar, *homines estis edocti in*  
*litera*

literatorio orbe: vestra Jurisprudencia non est cathedraria, sed tota consistit in cognoscendis causis tam simplicis querela, quam quae fiunt per modum appellationis: quomodo tam libellus simplex quam articulatus formandus, de duplici possessorio, de processu litigiosae possessionis. Vos potestis enodanter Judici causas ob oculos ponere, ut jura melius possit applicare. Professores sunt cultores juris male applicativi. Advocatos invidia à numero Professorum arceat. multis alias parasangis reliquos praecurrentes. Musae sunt Marpurgenses his longe vigilantiores. Illi norunt studium juris esse practicum & ideo omnes debere esse practicos. Quae theoretice dicuntur, sub nube dicuntur. Jurisprudencia est sine fructu, si alius doceat artem, alius usum artis. O quantus idiota est hic FRANCISCUS cum suis sodalibus!

*Nec mirum, quando colluto pectore mixtos.*

*Junxit in abrupta concordia longa catena.*

Ex his certè si quis vellet æmulari non Professore, sed bonum Professore, nae illae, ceratis ope *Dadala* nititur pennis, viureo daturus nomina *Ponco*. Oratio haec qualis est? Elumbis, barbara, febriculosa, nauteam olet, Romanis auribus intolerabilis, politis inimica elementarijs pueris digna adhuc à ferula, rubentibus & à Grammaticorum virgis calentibus, jejuna omnia, nihil sufferri tinnit, gerrae germanae, emblemata insulforum hominum, mera mappalia faciunt, disputantes de scrutis & frivolis de tribus *Posthumi* capellis: antecessores egregij, non magnae invidiae capaces, in quorum vultu ruboris nil amplius potest flagrare, quare mirandum, quod non ipsum atramentum, quo haec in chartam coniecta sunt, erubuerit: sed sunt hi sodales exhausto pudore scurræ in Academia tam utiles, quam rubigo in ferro, quibus *Cymæa* conscia vatis non stat casta cortina domo. Annon aliud est docere, aliud exercere, jura: haec qui tractant in tria genera dividuntur, aut leges interpretantur, aut judicant, aut litigatorum causas orant. Hi in foro versantur, citò saepè cupiunt fieri divites, hinc sexcen-

torum scelerum causæ : doctrinam suam armant impudentia,  
 tam intolerando fastu, ut ne Themidem quidem si opus esset &  
 præsens, responsa dare concessuri sint, ast qui Professionum ma-  
 gis quàm quæstus curam gerunt, eos sæpè nulla contaminat ava-  
 ritia, non ferro grassantur, non venena miscent, de spoliis pro-  
 stantis pupilli, de vita propioris agnati, de gula decrepiti pa-  
 rentis triumphare exhorrescunt. Hanc lucem lyncei alias *ma-  
 lorum Advocatorum* oculi non vident. Ita tamen se res habet  
 FRANCISCE : Jurisprudencia consistit in duobus in theoria &  
 praxi : hæc ab illa dependet, imò illam velut causam præsuppo-  
 nit: hæc in foro, Curia & Cancellaria exercetur : illa in Scholis  
 & Academijs, aliter si fiat, committitur ὕπερβυ πρῶτερον. Hæc ju-  
 cunda, appetibilis, blanda, lucrosa: illa nudola, intricata, immen-  
 sis finibus circumscripta, ferrea & sterilis : ad hanc homines  
 conscientiosi sæpè accedunt quasi ad furcam. *Themistocles* ma-  
 lebat ad sepulchrum quàm tribunalire : ad illam non debent  
 cerdone venire, ordo enim hic præ alijs vitio carere debet. Si  
 Tu FRANCISCE nebulo, nos Professores non habes pro pra-  
 cticis, habeas quæso nos pro cotibus,

*fungamur vice cotis acutum*

*Reddere quæ ferrum valet exors ipsa secandi.*

Qvis te morionem primo docuit, quid sit appellatio? Quid sit  
 libellus? quid possessio? quid res litigiosa? annon hoc habes ex  
 illa Jurisprudencia, quam tu cathedrariam vocas? an hoc ibi didi-  
 cisti theoreticè, hoc est, sub nube tantùm, sine ullo fructu, quia  
 practicus aliquis te hoc non docuit. Ut videaris sapere cœlum  
 vituperas. In dubia causa, quando nescivisti qualis actio insti-  
 tuenda, quoties à Juridicæ cathedræ Professoribus informatio-  
 nem anxius petiisti? Audeo cum aliquo FRANCISCI sodalium  
 quovis pignore contendere, esse inter illos, qui si interrogetur,  
 qualis sit actio *Serviana*, responsurus sit eam cum materia de ser-  
 vis per constitutiones Imperij jam abrogatam nec esui nec usui  
 ampliùs esse : imò ignoraturus, bona immobilia quomodo ha-  
 beant



beant in genitivo? Quænam est causa tantæ inscitia? Dicam in  
 genue FRANCISCE, Tu cum tuis sodalibus non es factus ad  
 Iyram Apollinis. In hac Academia, quæ HASSIÆ totius or-  
 namentum & princeps est decus, cujus nomen splendore suo  
 non Germaniæ tantum, sed Europæos limites transcendit, in qua  
 patriæ nostræ anchoræ fabricantur, vera & solida doctrina instil-  
 latur, barbaries exuitur, in hac dico, immani saltu ex trivialis  
 pulveris angustijs statim in factum juris Oceanum vos projec-  
 stis, in Grammatica pulli, in Poëtica nulli, in Logica Asini: Studio-  
 si fuistis per multos annos, alte Bursen / sed tales quales à non-  
 nullis definiuntur, *animalia aut nihil aut aliud agentia*: forte  
 Murcia & vacuæ sacra coluistis & cum Ennio Patre nunquam  
 nisi poti ad arma profuistis. **Habt auch wohl mit etlichen auf  
 Schwester schafft getruncken /** apud quas nullus Aristoteli vel  
 Platoni fuisset locus. Quoties fecistis bonum Cherubim in ca-  
 mera charitatis? **Es bezeuget es leider!** die tägliche Erfah-  
 rung / wie es öfters so gar sibel mit jungen Leuten / so diese auf  
 Universitäten / od an andere fremde Ort / etwas redliches zu  
 lernen und zu erfahren / verschickt werden / gerathe und aus-  
 schlage: Ob sie schon von ihren lieben Eltern ganz treulich  
 gemeynet / auch mit aller Nothdurfft väterlich versorget  
 und versehen werden / bevor ab wann sie nunmehr daselbst  
 ihres freyen Willens leben / un keiner Aufsicht unterworffen  
 seyn: Da es dan bey ihnen heisset / quod libet, licet: wozu auch  
 manchmahl die Eltern selbst / sonderlich die Mütter statlich  
 helfen / und eine Ursach ihres Verderbens seyn / wann Sie  
 den Söhnen einen Wechsel über den andern zumachen / sie  
 noch dabey erinnern / sich dem Stande / dem Vermögen nach  
 zu halten / und vor andern sich hervor zu thun / da sie dan oft  
 an statt der Bücher die Damen auff blättern / exempla sunt  
 odiosa. I. N. Psiger: p. m. 9. eorum scilicet, qui Cluniacen-  
 sem ordinem magis amarunt quam Cisterciensem: qui Vene-  
 rillas suas hic sibi invenèrunt, pupas quas putabunt, cū essent  
 anus.

anus. Ita quando litatum Divæ futuaria, Phyl pudor quo abijit  
in studijs ea postea est eorum infelicitas, ut quæ pueri scire debe-  
rent, ea propè nunc senibus sint discenda, ut meritò Academia  
nostra cum Poëta exclamare possit

*Eheu! quam pingui macer est mihi taurus in arvo.*

Eminus saltem si quis eruditionis illorum facit periculum præter  
illiteratas literas & frigidas aliquot quæstiunculas nil didicerunt  
quoad latinam linguam melius illis sapuit bubula: artem ergò  
Juris quomodo possunt intelligere, cujus ignorant linguam, quæ  
ex veteribus Actorum libris debebant imbibere, quorum cog-  
nitio non gladijs paratur lateri accinctis, non cirris capillorum lu-  
xuriantium in humeros molliter defluentibus, non choreis & tri-  
pudijs ac solita huic ætati lascivia, non mero titubantium gras-  
sationibus & famosis duellis: qui auctores nõ inter neglecta mo-  
do sed invisâ nomina sunt & surdis auribus laudantur. Cicero  
cum omni sua eloquentia damnatur ad pueriles nœnias. Horati-  
um amare & Terentium in probro habetur. In jure hærent in regu-  
lis, quæstiunculis & distinctionibus, in adita artium non pene-  
trant, Vocalem cathedram, cujus magna vis, quia præter opinio-  
nem Studiosos informat, negligunt. Disputationes publicas po-  
tentissimum illud exercitium ad excitandas animi vires & quo  
Academiæ gloria etiam apud externos redditur clarior, malo pu-  
blico contemnunt: & ita tamen brevi tempore, vi, clam vel pre-  
cario apud Doctores Hypodidasalos universum juris Oceanum  
enavigant fortasse in amphora vini, aut in lebete, ut olim Her-  
cules occiduum, quo postea in causis elatrands tantos fructus  
quasi in simpulo excitant, cum nihil unquam præter Hahnij  
observationes aut Systema aliquod in calamum dictatum obi-  
ter tantum legerint: hinc tantum docti, quantum quæstiun-  
culis sat est de pane lucrando. Si hæc non est, quæ ad barbari-  
em ducit via, nulla erit quam timeamus: & quia in ratione stu-  
diorum non secus se res habet atq; alimentis humani corpo-  
ris primæ concoctionis vitia corrigi non possunt in secunda, &  
ideo

Ideò deinde, è esquilis non nascitur rosa, nec ex quæstionario &  
 obstationario verus JCtus, sed abortus potiùs & mendicabulum  
 juris qui ob juris certi ignorantiam emendicare debent regulas  
 aliquas: quibus solet accidere, quod ostiatim mendicantibus, ut  
 hic quidem nihii, illic frustillum panis muciti aut simile quid ac-  
 cipiant; quando horum indices & commentaria frustra pulsant  
 ex illorum quidem aliquid capiunt, sed quod parum habet au-  
 ctoritatis ac virtutis; ex aliorum sæpè, quod planè est improban-  
 dum: inde tales quicquid scribunt, quicquid proferunt, pro-  
 fundam redolet inertiam: & tamen vanæ hujus doctrinæ per-  
 suasione ferociunt, & cœteros omnes fungos putant: meliores  
 disciplinas, quas ne quidem ab alno despectarunt, tamen audent  
 allatre & *μῦθος*: adeò sibi philautia placet, ut sordes suas  
 mera putent olere cinnoma: cogitationibus suis scandunt O-  
 lympum, cum tamen horum vita nil sit nisi mare mortuum. Ho-  
 mines sunt literati sed sine literis, imò ad bonas literas stipites  
 sunt, ingenia habent quovis pistillo obtusiora: literarum bona-  
 rum hanc ignorantiam & contemptum insulsus ille FRANCI-  
 SCUS inter suos aluit & edicto injunxit. Quælo, quid in hoc  
 jejuno & insulso JUDICIO DEFENSIVO est, quod non au-  
 ctorem suum jugulet. Omnia scilicet contenta Disputationis  
 de *Nequitia Advocatorum*, tam solidè sunt refutata atque ita di-  
 luta, quasi, si quis liquido stercore corpus luto inquinatum ab-  
 luerit. Si quis FRANCISCI Clientes latinè doctos existimet,  
 legat hoc *Judicium Defensivum*, hanc morologiam, & decipi de-  
 sinat: ex quo sterquilinio habetis has phrasas? In materia ipsa,  
 non unicam boni cerebri video: à jure & veritate longiùs abe-  
 stis, quam abest ipsa injustitia & falsitas: disputatis de iis, quæ non  
 sunt vestre notionis. Quo nomine te appellam FRANCIS-  
 SCE; JCtum; certè juris quidem patella es consultissimus. Non  
 es Logicus: artem enim rationis non didicisti: Tu cum tuis so-  
 dalibus Parnassi estis retrimenta lappæ & tribuli. *Paulus I. K.*  
 Pontifex vos literatos appellasset, *saccos scholasticos & pedantes*  
 D Tale,

Tales tamen hominum vappæ & quisquiliæ postea volunt esse boni & venerabiles advocati, qui (uti loquitur FRANCISCUS) *jus enodanter Judici ob oculos ponunt qui jura melius possunt applicare, qui sciunt facere supplicas, qui sciunt causas tam simplicis quære- la quàm appellationis, &c.* Nec tantam Advocati cupiunt esse hî terræ filij, sed instar cucurbitæ Jonæ, non tota nocte sed tribus horis crescunt etiam, sine principali rescripto Juris Professores, *in homines edoctos & Musis ipsis vigilantiores Professores.* Quid hoc aliud est quàm asparagorum more Professores coquere: verum est, una nocte nascuntur fungi, sed carent radicibus, nullo flore nullo fructu aut folio sunt utiles. *So giebt's viele Professoren/aber wenig gelährte Leute.* O vos Musæ & mulae Margurgenses! Risu emoriatur oportet qui hæc legit & has musas novit. Facetè, lepidè, lautè, ut nihil supra. Musæ estis, & ineptæ, obstreperæ, garrulæ, importunæ, à quibus ego malo conspui quàm honorari. Doctores estis, fateor & Professores, sed hypodidascali, Viri magni, quorum fama adium illarum, in quibus ipsi habitant, limina nondum est egressa. Professores estis, sed sæpè ridiculi, ut ille olim lingvæ hic gallicæ informator, quem adeò titillabat titulus Professoris, tam benè ipsi convenientis ac circulus aureus naribus porci, ut si venisset in museum alicujus Studiosi, privatim eum informandi causa nunquam *sellam* sedendi causa, sed præcise & conceptis verbis *catbedram* peteret, ex quâ suavis hic Professor profiteretur, sæpè non aliter ac temulentum rustici de plastro: de unguento hic homo judicabat ex sola pixidis inscriptione. Proditores sunt tales Professores, à quorum perversis judiciis multum periculi imminet *novis Juris hospitibus*, ut loquitur insulsus ille & tamdiu in Jure hospes FRANCISCUS. Dabo exemplum: Studiosus non ita pridem laudabat mihi impense Doctoris alicujus hypodidascali politicam; indignus est ille ut nomen ejus mandem literis, quàm in calamum, & sub fide silentij pro duodecim Imperialibus duobus Studiosis dictaverat: hæc arcana Regnorum & Rerum publicarum cum dare.

daretur inspiciendi mihi copia, vidi totam hanc civilem prudentiam constare ex talibus quaestiuiculis: *quid est urbs? quid est pagus? quid vicus? quid forum? quid platea? quid est curia? quid est templum? quid est dominus? quid servus?* Post inspectionem primo intuitu constare poterat, à quo auctore hos carbones pro thesauro furatus esset hic politicus, cui ob tam præclarum scelaton debebatur Consiliarij, sed joco serij, munus in aulà alicujus Principis. Quid si hi juvenes ex Scholis & tenebris primum erumpentes, qui hunc politicum seu pygmeum pro Gigante immensæ proceritatis aspexerant hæc dicta secum detulissent in Belgium, quid quæso emunctioris nasus viri de hac civili prudentia & per consequens de Academia & Academicis Professoribus aliud judicassent, quam eos quoque tales esse nanos & balbos non nisi balbos intelligere. Profectè tales Musæ nil aliud sunt in Academia, quam in apiario fuci, qui studiorum bonorum contemptum alijs affricant, & tam suggestionibus pravis quam exemplis nocent, barbariem & ἀπειθειαν passis velis importantes. Possem plura citare similia exempla sed nolo amplius infamiam illorum publicare, etsi prius illi me laferint: volo potius cum Chamo nuditatem & infirmitatem illorum tegere, quam illi quasi madidi cum Noâ retexerant. Quis ergò crederet FRANCISCO, *hos homines invidiam arcere à Professorum numero, imò hos (ex ungue leonem) multis parasangis ordinarios Professores præcurrere?* Ut hic grunnit FRANCISCUS, ut stringit caninæ mordacitatis dentes. Splendidus est Professorium munus, quam ut eis committatur, qui magis Musas contemnunt quam gemmas asini: qui rectissima ingenia turqvent ac detorqvent. Professores essent reverà Trismegisti, sed quomodo, maximi somniatores, maximi impostores, maximi nugatores. Si tricis & apinis pretium & honos esset in Academia jam fortè starent in aliqua Professione ad perpetuam suam infamiam: honor hic in his hominibus perindè se haberet ut cibus delicatus in pravo stomacho, prorsus corrumpetur. Sed perge FRANCISCE ulterius

D 2

omnes

omnes hujus Academiae Juris Professores sine ullo exagitare discrimine, faceres hoc libentissimè si unguis & dentes haberes. Dic ergò porrò mihi, non tuâ sed bona fide, quinam sunt illi, qui à dandis responsis impetrato rescripto nullo Academiae bono sese excusare desiderant? Quis est ille Professor, qui novis Juris Hospiti- bus sub fide promittit intra anni spatium Collegium absoluturum, eumq; in finem ab ipsis initialibus lectionibus 100. Thaleros, dim. reliquum verò media lectione accepturus: hic autem subinde lectiones procrastinans, cædendo identidem retardat & lectionis illos ita afficit, ut defatigati partim solum ac Academiam mutare, vel partim summo sui malo, parentumq; illorum sæpè cum ruina lectiones hascè expectare cogantur. Quod in multis academiis detestanda sit prolixitas: quod in antiquitatibus tyrones aetatem consumant & ideo parentum loculi exhauriantur: quod nemo micam scientiæ vel doctri- nae Academia civibus de novissimo jure, Recensibus Capitulationibus, Juribus Statibus, Aurea bulla accommodet: talem Professorem esse rarissimam avem, hodie tamen frustra communiter expectari: attamen laudandi & summè honorandi sunt Professores, si laudabilem in se probis moribus esse vitam monstraverint, si peritiam docendi, facundiam dicendi, subtilitatem interpretandi, accedente etiam cœtu amplissimo hoc judicante digni fuerit æstimati. Sed hæc omnia olim fuere: hodierna luce dignus & indignus ablati, vos adsciscunt.

*Quis tulerit Gracchos de prodicione loquentes.*

FRANCISCE Caprimulge, innoxiam hanc chartam cur tantis mendacijs imples? Tu scurra, tu camiopurge, audesne ita cœsim & punctim in Professores debacchare, quibus eruditorum natio assurgit eisq; innotescere ducit gloriosum? Quis tibi subulco dedit hanc potestatem? mane, quæso, tu agaso in tuo sterquilinio, extra illud enim si paulò produceris longius, illicò tibi ignota rerum omnium facies, tenebras ac vertiginem offendis: nihil tam facilè excogitatur quàm mendacium, nihil quoq; tam facilè confutatur. Si metiendum tibi, si calumniandum, saltem

tem

tem cum aliqua specie veri hoc faceres. Si afflictam valetu-  
 dinem à dandis responsis aliquis & legendis illiteratis illis actis  
 quibus obruebatur, laxamentum aliquod accipiat, hac conditio-  
 ne, ut tanto diligentius tractet theoreticum studium, tanto do-  
 ctiores habeat lectiones, frequentiora collegia: an hoc non fit  
 bono Academiae & studiosae juventutis, quae nullam aliam de  
 Professoribus suis solent movere querelam, quam quod aliorum  
 actis legendis saepe nimium sint occupati? Cur Studiosi ex tot lo-  
 cis confluunt ad Academias? an propter aliorum acta & actitata  
 judicialia. In quem finem Academiae primario instituta? an ut  
 in ijs studiosi discant *formare supplices libellos & articulos, tam  
 simplicis quarelae quam in causis appellationum*, ex quibus hoc tem-  
 pore ne titivillitio fiunt meliores: annon ideo ut tradatur hic  
 primum eis rerum divinarum & humanarum notitia, justis atque in-  
 justis scientia quae doctissimum, absolutissimum & totum requirit Pro-  
 fessorem, qui saepe etsi omnes suas vires intendat, non tamen satis  
 digna & pro conscientia hoc munus potest implere: plura requi-  
 runtur ad bonum theoreticum, quam practicum, hunc saepe facit  
 desperatio in studio theoretico, quare mille creantur Doctores  
 Advocati, quibus quotidie curiae & dicasteria implentur, ex quibus  
 vix unus est dignus, ut cum laude Professorium obeat mu-  
 nus. Ob hanc causam promotio peregrinorum velut hamus  
 est, quo ex locis alienis praestantissimi quique theoretici in varias  
 Academias pertrahuntur, & ideo peregrini nullibi minus debent  
 insectari, quam in hac Academia quae tot peregrinis floruit, *Leo  
 X. Pontifex Maximus & doctissimus prudenter constituit, ut nul-  
 lus Doctorum conductus ad legendum, Advocationis munus  
 aut aliud Curiae officium in turbe exerceret, ne scilicet à lectio-  
 nibus distraheretur, aut quod fieri necesse est, duarum difficulti-  
 marum & diversarum rerum tractatione distractus utramque dum  
 vult, neutram adsequatur. Me quod attinet, semper amavi  
 professoriam vitam. Academia meus Paradisus: semper displi-  
 cuit fori jurgijs divexari, aut instabilem aularum sortem experiri,*

aut lubrica numina venerar, vel civiles in Republica administranda honores ambitu inquieto consecrari: tangat vel angat hac sollicitudo alios excoecatos externis rerum figuris ac inani schemate: mihi maneat ardor ille inexstinctus in Professoria. Provincia illustranda & acriori cathedrae cura Reipublicae plus prodero, quam optimus consiliarius. Hanc meam fortunam, non cupio permutatam cum magno aliquo ac praepotenti, qui sella curuli tribus eorum jugis tracta vehitur. Vivit secure cui non est curia cura. Auditorium est res inermis & innoxia, ast qui in foro & veris litibus teruntur, multum malitiae quamvis nolunt addiscunt: quare Professores & malos Advocatos non debes eadem pertica metiri: quis unquam tot maledicta audivit in Professores quam malos Advocatos? Illi sunt extra doli etiam suspicionem, nec fumum nec oleum venale habent: saepe sequestrant ea media quae ad rem familiarem augendam pertinent, & labores suos ad utilitatem & emolumentum Studiosorum conferunt: Mali Advocati saepe usuris multiplicandis incumbunt, magis rationes debitorum quam leges Digestorum perlustrant, & ideo saepe iis contingit, quod Plato usurarijs est imprecatus, ut sortem cum usuris amissam deplorent haeredes. Hi rabulae sunt quasi culices, ex alieno sanguine vivunt: illis quivis odor lucri bonus est ex re quolibet. In causa Geld/haben sie kein Gewissen: venundant linguam plus crepitante rana garrulam donec reddantur elingves (uti Paduae tales septem mortui sine lingua reperti sunt. Quid aliud agunt, quoties in Curijs & Cancellarijs conveniunt, quam quod agunt mercatores Genuenses, qui mane ita se solent salutare, *Quod agno Sigre*, id est memento lucri. Professores vero boni saepe deprecantur pecuniam, quae sapientiae & famae jactura mutatur: sunt malarum artium insolentes, non computant quid studia referant, sed fructum eorum animo & contemplatione metiuntur: suo ferè succo vitant, non norunt argentariam facere & ampla architectari patrimonia, studia colunt facunda non foecunda. Hos cum malis

lis.



lis Advocatis non debes conferre. *Χίτες καὶ πότερα εὐμφανεῖ.* Nos Professores, qui tot annis in cathedra versamur, nihil ferè ex nostris laboribus consequimur, nisi ut acceptas à Patre meliores fortunas valdè labefactemus & imminuamus: crescente Bibliotheca & familia, decrescit res familiaris. Sed perge FRANCISCÉ mentiri, & bonos allatrare Professores. Quinam quæso sunt illi qui 100. Imperiales accipiunt & postea lectiones retardant, ut Juris novi Hospites Academiam idè mutare cogantur? Quinam sunt illi qui detestanda agunt prolixitate? Cur non nominasti eos? Fortè Musas illas Marpurgenses intellexisti, qui sæpè magnificè promittunt Studiosis, sed hæ promissiones sæpè similes sunt Punicis. His Musis Studium Juris pretio nummario non æstimandum, totum tamen est mercenarium, quando multis Juris Candidatis pro certa mercede eudunt & vendunt Disputationes Inaugurales? Quando pecunia conducti efficiunt, ut ad honores Doctorales, non tamen in hac Academia, admittantur etiam ij, qui nondum accuratè textum Institutionum Juris potuère legere? Et quis Doctorum Hypodidascalorum vel de uno eximio potest gloriari discipulo? adèd hæ arbores sunt steriles, non habentes fructus, sed pro pomis spargunt futilia verba pro folijs, cum non adsit adhuc medulla sensuum & sufficientis doctrinæ, abundant solâ spuma verborum, idèd tument, veluti absque Judice & censura viventes, à quorum cavea plaudi mihi, ego nihil moror. Sed FRANCISCÉ sibi Chanahanæ perge totam etiam hanc Academiam nefaria tuâ pennâ deformare? Annon in Almâ hac nostra *Jus publicum* docetur? tam ordinariè quàm extra ordinem? Annon malignum hoc tuum mendacium dixerunt tot egregiæ & publicæ Disputationes ad *Jus publicum*, ad *Jus novissimum*, ad *Hugonem Grotium* & alias varias juris publici & Gentium materias? O homo petulans & petulce, qui tam libenter alios clausis oculis lædis & calumniaris,

*Quid dubitas, quin omne sit hoc rationis egestas.*

*Lappia trista routa del carro sempre cigola. Das schlimmste Rad am Wagen knarret am meisten.*

*Præter*

*Præter aquas Helicon & ferta lyrasq; Deorum.*

*Nil habet & magnum sed perinane 20 Pōs.*

Dignus esses ut hodiernum tibi ut malis Advocatis in castris *Quintilij Vari* ora fuerentur & lingua rescinderetur: nam ut linguam habes intemperantem, ita frontem non habes, nec aures, nec oculos. Hoc fallum nos Professores rebus ipsis, sedendo & silendo facile revellimus: hæc est invidia, nos res nova aut nunc primum nata: omne seculum eam tulit, omne feret: & ideo obtrectatores nunquam deerunt, quamdiu erunt homines invidiæ opportuni, qui eam evitare non possunt, nisi se bonis artibus abdicent, propter quas improborum obtrectationem incurrunt; Sed volo relinquere, *Franciscum*, *Häsenköpffe* seyn böß zu streiffen: antequam autem de dimitto, quæso ob quam causam, mali Advocati debuere aut cucullam aut restim FRANCISCANORUM confugere? Bonus Advocatus se solet offerre clienti, quoties ipsum videt in periculo constitutum: atque Tu FRANCISCE CLIENS inverso rerum ordine, cur es malorum Advocatorum protector, nam bonos semper honoro, amo, veneror, nec cum illis unquam ulla mihi fuit lis: cur ab istis accepisti gladium, ut illos progugnares ac in hoc certamine quasi partes substituti subires, als die Secundanten die sich für einen anderen schlagen. Quæso FRANCISCE die qualis es? doch/

Man kennt den Wolff am Gange/

Die Glock am Klange /

Den Franciscaner am Strange /

Den Bauren an der Gabel /

Die bösen Advocaten am Schnabel.

Nomen habes valde sanctum FRANCISCE? Sunt tamen nonnulli qui hoc deducunt à DIABOLO, ut *Benjamin* deducitur à *volo*: scilicet *δοῦν* & *βόλλειν*, ut sit idem quod calumniator. Weilen der Teuffel immer uns Menschen für Gott verleumbdet/und mach et es für seinem Gericht / wie die bösen Advocaten / die mit Lügen und Calumniën ihren Gegenpart suchen

then schwarz zu machen. Cur nomen tuum *Judicio defensivo*  
 candidè non præposuisti cum præmisso S. Hoc certè volebant  
 Constitutiones Imperij: vide *Ord. Polit. de anno 1548. tit. von*  
*Schmäheschristen*: nunc homo es in nullo prædicamento:  
 non substantiæ, quia pictam geris faciem: non in ullo accidentis:  
 non quantitatis, quia es chimericus, in quo quomodo locum ha-  
 bere potest extensio? non qualitatis, non relationis, quia uxore  
 cares & tamen habes spurios aut incerto patre genitos: non in  
 prædicamento ubi? Ubi enim vivis? Fortè in Utopiâ Tu sine  
 sedem fixisti. Esne aliquis ex numero malorum Advocatorum?  
 hoc facilè crederem. Esne alicujus vel nullius Juris Doctor?  
 In quâ Academia aut sub quo camino es promotus? Nosti  
 non omnes in jure postulare posse: quare alij putabant te *Eli-*  
*am* esse, non illum qui olim venturus erat, sed *Caje Apbrania* vel  
*Calburnia* filium. Aliqui volebant te *Mephostophilen* esse, qui  
*Fausto* apparuit in habitu Franciscani: Alij putabant ob legis pro-  
 hibitionem & capitale crimen te postulare non posse: alij vole-  
 bant te scilicet virum esse gravem, civitatis nescio cujus Scindi-  
 cum, qui nullo medio animos plebis magis sibi conciliare posset,  
 quàm si confestim iret domum & faceret ex se unam literam  
 longam. Sed quia hodie verba hæc sunt *Eberhardi à Weibe*  
*de vanit. glor. mund. p. 36. Sicuti in comædiis larva, pro Jctis Legu-*  
*leji pro militibus latrones, pro Politicis nebulones, pro Oratoribus*  
*procuratores & rabula, pro Historicis pueri, pro Advocatis scribe &*  
*opifices exhibentur, ideo non accuratè inquiram in qualitates tu-*  
*as: primarias tamen hasce in te desidero, pietatem & bonam con-*  
*scientiam: hujus dictamen est nihil dici fieri vel debere, quod ve-*  
*rum & justum non est, quod damnum queat inferre proximo.*  
 Cur ergò sine ulla causa nomen *Holtermanni* pro hederæ iterum  
 minus venali mercimonio *judicij defensivo* appendisti scripto  
 sparso per totam Hassiam, quod ex manu scribentis debuisset ire  
 ad rogam & manus carnificis: cujus auctor non tam virgis quàm  
 loris & scuticâ fuisset, castigandus. Quam culpam ligneus ille,

E

Holter-

*Holtermannus* commisit, ob quam nunc prorsus deberet lapide-  
scere vel ærea habere intestina, vel *L. Cassio* vel ipso *Dracone* Ju-  
dice. Cur *Francisce* cum tuis sodalibus adeò nunc de eo tri-  
umphatis, ac si Regem Galliarum in acie cepissetis: omnia mi-  
nuta etiam in eo fuistis persequuti, cur non etiam exprobratis ei,  
quod olim in cunis vagierit, imò quod infans cunas perminxerit,  
quod pannos & sinum nutricis stercore perfuderit. Quæso de  
quo capite cum ipso litigatis tam iracunde? Quam causam jurgii  
ei infertis? Nihil aliud reprehensionis in eo aut culpæ fuit, quam  
quod Professor Juris Disputationem publicam habuit, in qua  
mordaci distinxit carmine nullum, sed titulum tantum latinum  
*de nequitia Advocatorum*, nimis generaliter, ut credebatis, & non  
sufficienter ad exclusionem malorum Advocatorum posuit, de-  
bebat enim eum ita formasse *de nequitia malorum Advocatorum*,  
alias sub hoc titulo illum etiam *Franciscum* & bonos Advocatos  
necessariò intelligere volebatis, non obstante correctorio pro-  
testationis, statim ab eo thesi prima addito, *quia hoc esset contra-  
rium factum*. Deinde illum *contaminare*, ut loquuntur *hac proter-  
va & infusa rubrica*, etiam toto orbe celebratissimi *Spirensis Judi-  
cij Advocatorum*, quorum nonnulli à Consiliis magnorum nonnullor-  
um *Germaniæ Principum* sunt, auctoritatem, & hanc vili calamo  
*proscindere haud rubescere fronte carere*. Risum teneatis amici  
Lectores! cum tamen hæc generalitas satis esset restricta & in  
thesi primâ & per totam Disputationem nullus alius fieret ser-  
mo, quam de peccatis Advocatorum, quæ ut talia in conos Ad-  
vocatos cadere non poterant. Tertiò mordebat illos germa-  
nica Disputationis inscriptio **VON Tücken und Bubenstücken  
Der Advocaten**/cujus lectione videbant mirum in modum ca-  
pi & delectari populum, adeò ut nonnulli civium ob hunc titu-  
lum id ædibus me privatim compellentes se offerrent ad proba-  
tionem hujus tituli per propria nocumenta & documenta, per  
injurias, fraudes & insidias hujus vel illius Chrestologi se circum-  
ventos, pecunia emunctos, causas illorum desertas aut proditas  
quere-

querebantur. Ergo certe, si tunc visitatio & inquisitio aliqua in mores & vitam malorum Advocatorum mihi fuisset concessa, facillimè insanum in modum varijs nequitiarum exemplis, suggestis ab optimis civibus, qui ab Advocatis suis recesserant, ut è prælio Ajax apud Homerum, Advocaten-*Stüctgens*/ potuissem illustrasse Disputationem illam, verum non fuit animi mei, nec hoc consilio Disputatio à me conscripta, ut sigillarem officium judiciale boni alicujus Advocati, quod semper maximi feci, sed ut describerem abusus & vitia hodiernæ passim advocaturæ, quæ vitari non possunt nisi sint cognita, peccatis enim & nequitijs hisce demonstratis rariores sunt lapsus & casus, & facilius evitantur ea, quæ alias osciantes opprimere possunt & imperitos rerum in malorum gurgites rapere. Quid? an per hoc toti Advocatorum ordini injuriam illatam? an per hoc Advocatorum Spirensis Judicij authoritatem proscissam quispiam sani cerebri affirmare audebit? An ergo omnes nomen illud Advocati habentes homines sunt sanctissimæ, integerrimæ & irreprehensibilis vitæ? an nulla hunc Advocatorum ordinem contaminat macula? An ergo Advocati, qui causis litigantium patrocinantur agendo vel defendendo non distinguuntur in bonos & malos? Solus asserit *Franciscus* asinorum omnium stupidissimus & impudentissimus. Quod Advocati ipsi asserere verentur solus hic conductus nebulo affirmare non erubescit. Meo & omnium sanorum, etiam bonorum Advocatorum judicio hoc modo sinceri & integri Advocati melius intelliguntur & honorandi veniunt, cum opposita juxta se posita magis elucescant. Nulla ars, quæ boni maliq; causam non præbeat, boni, si non abutaris, mali, si malè tractetur: Apes ex iisdem flosculis mel & ceream, ex quibus araneæ toxicum, sugunt, sed estne hoc vitium florum, suntne ideò hi projiciendi & concludandi? Omnes ordines in mundo personalibus sceleribus sunt coinquinati, ne quidem sacro ordine excluso, ideòne contemnenda est Theologia? Jam tempore *Taciti* nihil quicquam tum publicæ mercis tam venale erat quàm *Advocatorum perfidia*: pessimum vitium eorum fuit nummorum

confarcinatio, cui & tot leges à veteribus positæ. *Claudius* mo-  
 dum posuit Advocatis pecuniæ capiendæ usque ad dena fester-  
 tia, cum antea nemini mercedem pacisciliceret, uti hoc probat  
*Nepos: Omnes quidq; negotij haberent, jurare prius, quam agerent,*  
*jubebantur, nihil se ob advectionem cuiquam dedisse, promississe,*  
*cavisse:* Jam olim notata arrogantia Advocatorum, qui arro-  
 gantibus verbis docere se profitebantur, quemadmodum causa  
 inferior dicendo inferior fieri possit, *Krumme Sachen gerade*  
*machen*/quibus se opposuit *Socrates:* Notata etiam ignoran-  
 tia Juris in ijs à *Cicerone in orat. pro Plancio:* Quotusquisque Ju-  
 risperitus est? & à *Quintiliano in Dial. d. caus. corrupt. eloq.* No-  
 tata præterea prævaricatio eorum in jure per metaphoram; dicta  
 de ijs, qui sunt ambidextri, qui in partem utramque inclinant,  
 qui utroque pede claudicant, *Die auf beyden Achseln tragen //*  
*vafrî, versuti, die gewand seynd // varij, versipilles. ποικιλόμενοι:*  
*Die Winkelhacken suchen / überhüpfen / mit dem stumpf-*  
*fen Flederwisch drüber hinfahren:* cum parcunt adversario,  
 eiqve causam donant, ulcus non tangunt, wollen nicht anbeis-  
 sen/der Katz die Schelle nicht anhangen / idqve non tam ex-  
 metu, quam fraudulenter ex collusionione cum adversario, ob id  
 quod ab eo corrupti sint: quo sensu *Cicero* dixit: pecuniam acci-  
 pit, ut turpissimè prævaricetur: De calumnia Advocatorum  
 quis non scripsit: *Cicero pro Sexto Roscio in Erucium: Crura qui-*  
*dem nemo vobis suffringit, sed si ego hos bene novi, literam illam,*  
*cui vos usque eo inimici estis:* Intelligit autem literam K, quæ ca-  
 lumniatoribus Advocatis fronti inurebatur eratq; priscis gemi-  
 num C, hac formula *☉* nec aliud monebat, quam *cave Calu-*  
*mniatorem, cave canem:* Quis veterum abstinuit ab investivâ in  
 Advocos malos? vide *Ammian. Marcellin. l. 30. c. 11. 12. 13. Pla-*  
*tonem in Epinomide, Senecam, Plinium, Symmachum, Apollinarem*  
*Juvenalem Satyr. 7. Diodorum Siculum lib. 1. Biblioth. c. 76. Æschii-*  
*dem, Lampridium in Antonio Diadumeno cap. 4. ubi extant hæc*  
*verba: Solent pueri pileo insigniri naturali, quod obstetrices rapi-*

unt & Advocatis credulis vendunt, si quidem hoc caudicem jurare dicuntur. Sed cur citò hic veteres auctores, solos alias sapiendi Magistros, quos hi mei Advocatuli, natio ex sanguis, fratres ignorantia, quia illis non sunt esui nec usui, ne quidem à limine salutarunt & primis ut dicitur labris degustarunt, sed plerumque ex indicibus recentiorum Pragmaticorum sapiunt, qui sunt ejusdem cum ipsis cabalæ epoptæ & participes, quorum capitibus ut grandiores sint, insunt, parati cum Caligula ipsius Jovis statuae suorum capita inferere, & illis se ita alligari patiuntur, ut stulti illi, quos Magister Straminis vel exigui filii nodo alligavit, stant autem quasi ferro aut verâ compede devincti; In gratiam igitur eorum noviter adhuc è studij fornace eductorum, mento & mente juvenum ostendam, idem, quod ego in Disputatione de nequitia eorum scripsi, me ex alijs optimæ notæ auctoribus mutuo sumpsisse, quibus ideò à nullis bonis Advocatis lis mota. e. g. *Clarissimus Fritschius* scripsit *Tractatum Advocatorum conscientia excutienda inservientem, de peccatis Advocatorum & Procuratorum*, non ita ut volebant mei adversarij piaculum esse, me non addidisse, *de peccatis seu de nequitia malorum Advocatorum*, hos enim intellectos à me docet subjectura hujus quaestionis, *von Tücken und Bubenstücken* /c. docent præterea clara verba & totus contextus disputationis eos qui videre & legere possunt: *Dn. Amerpohlen* disputavit *de prævaricatione Advocatorum*, non de prævaricatione malorum Advocatorum: *Clarissimus Samuel Stryckius* J. C. us Consummatissimus in Academia Electorali *Francofurti ad Oderam* disputavit *de conscientia Advocati*, non de conscientia mali Advocati. Rectè Hieron. *Non est contumeliosus generalis sermo nec ad ullius contumeliam pertinet, qui enim citra nomenclaturam notat vitia, malos admonet, bonos commendat.* Sed sic solent calumniatores corrumpere & pervertere sententiam alicujus bonam, ut nullus unquam fallarius sit ita grassatus, affingere scilicet verbis planissimè dictis & dicere quod nusquam est nisi in illorum portentificis capitibus. Tanta

vis insitæ opinionis & erroris, cui velut visco contracti hærent ad perperam  
argumentandum & Ohe perfictæ frontis insigne specimen! Bonus ille  
*Holtermannus* vel etiam *Woltermannus* anne ob talem causam in convi-  
vijs & computationibus vestris, in quibus

*Frigida pugnabant calidis, humentia siccis*

*Molliacum duris, sine prodere habentia pondus*

ita debebat pecudum in morem aperto rictu & sublato clamore infamari?  
tam barbarico barritu, tanta lingvæ procacitate, Disputatio illorum erat  
carpenda? Vinum & calumnias hauriebati *äwv*, cum obambularent  
pocula, vulgò die *Wilfoms* oder auch *Concoctions-Trüncke*, qui omni-  
bus bibendi & ordine evacuandi erant, ita, daß keiner fonte das *Obfens*  
*Recht* haben. Convivium condiebat virulentissimis obtrektionibus:  
Ibi contra *Holtermannum* insolecebatis ut capræ contra Leonem: O ma-  
gnam inverecundiam! sed majorem, quod in Cancellariâ Serenissimi Prin-  
cipis, in qua hi *Äschini* credebant se regnum obtinere, volebant eis cri-  
men læsæ Majestatis Advocatoriz intentare, & efficere, ut per Rectorem  
Magnificum Disputatio innocentissima inhiberetur ob varias rationes,  
quæ non magis ad eam faciebant, quam aut galea pedi aut caliga capiti  
vestiendi servit, & cum hæc forensis factio omnia jura confunderet ut  
coqvus, fluctusque tanquam in simpulo movisset, sine dato lingvario tan-  
dem hæc condonabantur. Aliqui tamen alias tricas & insolentias necte-  
bant, quas nunc non repetam post oden ergò sacram, ostendentem mo-  
dum, quo pro vitâ innocenti Deum invocare debebant Advocati, non vo-  
cabat indignari amplius, ex qua distinctionem meam inter bonos & malos  
Advocatos, inter Advocatos in genere & in specie, inter Advocatos & in-  
ter Advocatos Marpurgenses cognoscere poterant, meque non esse in illâ  
hæresi cum imperitis nonnullis unicum *Ironem* tantum in hac professione  
sanctum pervenisse ad cælos asserentibus. Age nunc, aperi oculos *Fran-  
ciscæ*, quid scripsisti? An Disputatio nostra malè formata? an ulla per  
hanc aut ejus rubricam toti Advocatorum, in specie Spirensium, ordini in-  
juria illata? an protestationes nostræ actui sunt contrariæ, quam nihil ef-  
ficere legibus & Doctoribus operosè & inutiliter probare voluisti? Quid  
scripsisti? nisi calumniosas & nequam cavillationes. Disputatio mea a-  
pud te & sodales tuos mala, quia oculi tui nequam. Dum ergò vitia &  
errores tuos enarrare & eradicare adnitor, contumelijs à te proscinden-  
dus sum? apud bonos studiorum salutarium etiam citra effectum lauda-  
tur tractatio, quoniam de rebus humanis tam benè mereri potest, qui er-  
rores sustulerit, quam qui ipse innocenter vivit. Conatus tui contra vitia  
& improbitates hodiernas in Disputatione nostra generatim dicere, ita ut  
hoc



hoc modo singula à me in malos dicta accipi vellem, ut bonorum existimationi nihil esset detractum, sed omnia in genere scripta, ut nulla in specie irrogata contumelia, quare si quis nihilominus irascatur, de se ipso illa dicta fatebitur, cum nos fortasse de alio senserimus

*Vera abstracta loquor si quem mens conscia prodit*


*Is dicat verè, me bene vera loquis*

Historicorum culpa non est facinora referre sed committentium, an ergo quisquam mihi irasci debet ea referenti, quæ & alij scribunt & fieri cernimus? cum igitur hodie de nequitijis Advocatorum totus conqveratur orbis, nullus sanæ mentis mihi vitio vertet illas scribere, nisi velit nos in illam temporum infelicitatem incidisse, quæ non solum remedia non patiuntur, sed etiam prohibent liberè dicere & scribere quod publicum est, quodque veritas dicat. Videsne *Francisce*, quam justè dentes tuos Disputationi nostræ infixeris? quam præclarum opus erudito orbi edideris? Quid tecum faciam? Maledicendi ars facillima, quam mulierculæ in trivijs melius exercent, quam in Scholis Rhetores, an ulterius & singulatim in reliqua Judicij tui defensivi contenda intendam? an mendacia toti orbi nota demonstrare satagam? an ulterius ob convitia tua indignabor? Regium est cum rectè facias malè audire: Mendacia imitantur fulmina, quæ altissima firmissimaque impetunt, vilissima & humi serpentina negligunt: *Ayant* herba licet aqua perfundatur aut immergatur, sicca tamen similis est, sic cum homini probo contumelia infertur non inhæret: Canes sunt minores & timidi, qui ex abscondito allatrant, Magnanimi Leones ad hosce circumlatrantes catellos tacent. Tu nequitas Advocatorum tales negas, perversum rectum dicis? tum hoc facis nequitiarum omnium & scelerum illorum te facis reum? Qui in malo & scelere patrocinium dat malo, sceleris est socius. Vade jam o scelerum colluvies *Francisce*, quo tua te scelera vocant. Indignum est viro honesto luctari cum larvis & lemuribus, & ineptum ac fatuum, fatuas rationes operosè & cum causâ refellere, nihil mihi amplius cum sterquilio tuo negotij erit, O infamis nebulo, quem sui ipsius pudet. Quia autem Me & præstantissimum Respondentem meum voluisti deligere in palum quintanum & pycten statuarium in quem incurreres, volui tantum summo apice & animo corrigendi & emendendi notare futilitatem ac inertiam tuam, non mereris ut seriò mentem acuam & ingenij nervos intendam. Ideo ne alijs negotijs circumcisum otium circumscindam, nunc te relinquo, Me autem tuis & omnium sodalium tuorum insanientium dentibus, sed veritatis beneficio liberandum, Ejus namque fides te malevolum & tui similes mendaces arguit & arguet, ut baculus Moysis deglutivit Dracones præstigiatorum, ita veritas vos hostes meos, licet obtrito capite adhuc cauda minetur, seu ut illa vulpecula

specula indiaca, de qua Joannes Euseb. Nieremb. hist. nat. l. 9. c. 10. se senti-  
ens in periculo, excrementa cum tanto foetore emittere tentetis ut Venato-  
res Canesque ob venenatam fragrantiam sequi nolint. Stat & stabit im-  
mota veritas Disputationis nostrae, hæc eam defendit & tuetur, quam ut  
tandem agnoscas tibi precor. Accipe has virgas pro apertis tuis menda-  
ciis datas exosculare eas & serio te emenda, peccat etiam sapiente sapientior  
& erat, ast peccatum corrigere non velle sed amare ut filiolum, Diaboli-  
cum est. Commendo tibi eum in sinem Oden meam sacram Das Advo-  
caten Gebet/ & hos sequentes cujusdam versus:

**T**urpis anus cupiens formosior ore videri,  
Ætas quam patitur rugaque foeda sinit.  
Ora genasque linit fucis frontemque senilem  
Ad speculumque sibi ficta puella placet.  
Sed simul ardentes ac solis contigit æstus  
Ille ementitus mox color omnis abit:  
At facies rugosa manet, maculaque pudenda  
Conspicua cunctis ora genasque notant:  
Et quo fucus erat spissus magis, turpior ipsa  
Redditur hæc facies & magis scabra cutis.  
Scilicet has ipsas solvunt mendacia pœnas,  
Quando videri insons, nec tamen esse cupit.  
Et sua verborum fucis dum crimina pingit  
Innocuam quamvis ut putet esse Deam.  
Sed simul ad solium ventum est sublime Jehovahæ  
Tum subito fictum quod fuit ante, fugit  
Tum sol consumit nive cum glacieque pruinas.  
Tum cernenda patent, quæ latere prius.  
Sic tua dum peccata regis, mox detegit illa  
Et solo ostendit cuncta videre potens.  
Ast ea si retegēs deplorabisque Jehovahæ  
Mox ea clementi conteget ipse manus,  
Defodietque cavis tumulorum, aut merget abisso  
Æquoris, haud ullis inde ruenda modis.  
Si sapis, haud cæles, potius tua vulnera pande  
Promptior ut Medicæ sit tibi cura manus.  
Vale etiam si mihi non faveas!





DO A 6296

ULB Halle  
002 927 861


3



VJ 17

Rechnung ✓





00  
A  
6296



21. 23

DISPUTATIO JURIDICA;  
DE

# NEQUITIA ADVOCATORUM,

Don Gücken und Zubenstücken  
der Advocaten /

*Quam*  
D. T. O. M. A.  
SUB PATROCINIO

*VIRI Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi,*  
DN. ARNOLDI MAURICII  
HOLTERMANNI,

J. U. D. Consiliarij Hassiaci & Pandectarum  
PROFESSORIS celeberrimi, &c.

*Publice & placide Disquisitioni submittit*  
Ad diem 4. Nov. horis locoque solitis  
*In Auditorio Jctorum ad Lanum,*

ALHARDUS WILHELMUS WOLTERMAN,

Lippia-Westphalus,  
EDITIO SECUNDA, cui  
Additas vides quoque

VIRGAS, VIRGAS,  
Ob JUDICIUM DEFENSIVUM  
Loco JUDICII ELISIVI,

PRO  
FRANCISCO CLIENTE,

Malorum Advocatorum, Rabularum forensium & strepsodicistorum,  
qui ex albo nigrum ex recto pravum aut contra faciunt, alle-  
gato Patrono absurdissimo & vigilantissimo.

*Marburgi Cattorum,*  
Litteris JOHANNIS HENRICI STÖCKENII, 1681,

